Sustulit me in montem magnum et ostendit mihi civitatem sanctam Ierusalem (Ap 21, 10)

Magnus Dóminus et laudábilis nímis, * in ci-
 vitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Gross ist der Herr und hoch zu prei-
sen * in der Stadt unsres Gottes.

Dilátans exsultatiónes univérsae terrae
* mons Sion, látera Aquilonis, cívitas
Regis magni.

Deus in grádibus ejus dignoscétur, *
cum suscípjet eam.

Quóniam ecce reges terrae congregáti
sunt, * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes tunc admiráti sunt, con-
turbáti sunt et commóti sunt: * tre-
mor apprehéndit eos.

Ibi dolóres sicut parturiéntis: * in spíri-
tu veheménti cónteres naves Tharsis.
Sicut audívimus, ita et vídimus in civi-
táte Dómini virtútum, * in civitate
Dei nostri: Deus fundávit eam in ae-
térnum.

Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam
* in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum, Deus, ita et
laus tua in fines terrae: * justítia ple-
na est dextera tua.

Laetétur mons Sion, et exsúltent filiae
Iudae, * propter judícia tua, Dómine.
Circúndate Sion, et complectímini
eam, narráte in túrribus ejus; pónite
corda vestra in virtúte ejus, et dis-
tribúite gradus ejus, * ut enarrétis in
progénie áltera.

Quóniam hic est Deus noster in aetér-
num, et in sáeculum sáeculj; * ipse
reget nos in sáecula.

Glória Patri et Fílijo * et Spirítui Sancto
Sicut erat in princípío, et nunc, et
semper, * et in sáecula saeculórum.
Amen.

Sein heiliger Berg ragt herrlich empor; / er ist
die Freude der ganzen Welt. Der Berg Zion
liegt weit im Norden; * er ist die Stadt des
grossen Königs.

Gott ist in ihren Häusern bekannt * als ein si-
cherer Schutz.

Denn seht: Die Könige vereinten sich * und zo-
gen gemeinsam heran;

doch als sie aufsahen, erstarrten sie vor Schreck,
* sie waren bestürzt und liefen davon.

Dort packte sie das Zittern, * wie die Wehen
eine gebärende Frau,

wie der Sturm vom Osten, * der die Schiffe von
Tarschisch zerschmettert.

Wie wir's gehört hatten, so erlebten wir's jetzt /
in der Stadt des Herrn der Heere, in der Stadt
unsres Gottes; * Gott lässt sie ewig bestehen.

Über deine Huld, o Gott, denken wir nach * in
deinem heiligen Tempel.

Wie dein Name, Gott, so reicht dein Ruhm bis
an die Enden der Erde; * deine rechte Hand
ist voll von Gerechtigkeit.

Der Berg Zion freue sich, * die Töchter Judas
sollen über deine gerechten Urteile jubeln.

Umkreist den Zion, * umschreitet ihn, zählt sei-
ne Türme!

Betrachtet seine Wälle, / geht in seinen Paläs-
ten umher, * damit ihr dem kommenden Ge-
schlecht erzählen könnt:

„Das ist Gott, unser Gott für immer und ewig.
* Er wird uns führen in Ewigkeit.“


Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem
Heiligen Geist

wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und
in Ewigkeit. Amen.

[Noct. Vat./p.94]

3.6F 

Libera nos, * salva nos, vivífica nos, o be-áta Trínitas. /



Befreie uns, rette uns, belebe uns, o Heilige Dreifaltigkeit.

Psalmus 71

Regia Messiae potestas

Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, tus et myrrham (Mt 2, 11)

Deus, iudícium tuum Regi da, * et iustítiam tuam filio Regis.
 Iudicáre pópulum tuum in tua iustítia, *
 et páuperes tuos in iudício.
 Suscípiant montes pacem pópulo tuo, * et colles iustítiam.
 In sua iustítia iudicábit páuperes hujus pópuli, * et salvos faciet filios páuperum.
 Et humiliábit calumniatórem, et permanébit cum sole et ante lunam * in saeculum saeculi.
 Et descéndet sicut plúvia in vellus, * et sicut stillicidia stillántia super terram.
 Oriétur in diébus ejus iustítia, * et abundantia pacis, donec extollátur luna.
 Et dominábitur a mari usque ad mare, * et a flúmine usque ad términos orbis terrae.
 Coram illo prócident Aethíopes, * et inimíci ejus terram lingent.
 Reges Tharsis et ínsulae múnera offerent; * reges Arabum et Saba dona addúcent.
 Et adorábunt eum omnes reges terrae; * omnes Gentes sérvient ei.
 Quia liberávit páuperem a poténte, * et ínopem, cui non erat adjútor.
 Parcet páuperi et ínopi, * et ánimas páuperum salvas faciet.
 Ex usúris et iniquitáte liberábit ánimas eórum; * et praeclárum nomen eórum coram ipso.
 Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiae: * et adorábunt de ipso semper; tota die benedícant eum.
 Et erit firmaméntum in terra in summis móntium; et superextollétur super Líbanum fructus ejus, * et florébunt de civitáte sicut faenum terrae.
 Et erit nomen ejus benedíctum in saecula: * ante solem permanébit nomen ejus, et ante lunam sedes ejus.

Verleih dein Richteramt, o Gott, dem König, * dem Königssohn gib dein gerechtes Walten!
 Er regiere dein Volk in Gerechtigkeit * und deine Armen durch rechtes Urteil.
 Dann tragen die Berge Frieden für das Volk * und die Höhen Gerechtigkeit.
 Er wird Recht verschaffen den Gebeugten im Volk, / Hilfe bringen den Kindern der Armen, * er wird die Unterdrücker zermalmen.
 Er soll leben, solange die Sonne bleibt und der Mond, * bis zu den fernsten Geschlechtern.
 Er ströme wie Regen herab auf die Felder, * wie Regenschauer, die die Erde benetzen.
 Die Gerechtigkeit blühe auf in seinen Tagen * und grosser Friede, bis der Mond nicht mehr da ist.
 Er herrsche von Meer zu Meer, * vom Strom bis an die Enden der Erde.
 Vor ihm sollen seine Gegner sich beugen, * Staub sollen lecken all seine Feinde.
 Die Könige von Tarschisch und von den Inseln bringen Geschenke, * die Könige von Saba und Seba kommen mit Gaben.
 Alle Könige müssen ihm huldigen, * alle Völker ihm dienen.
 Denn er rettet den Gebeugten, der um Hilfe schreit, * den Armen und den, der keinen Helfer hat.
 Er erbarmt sich des Gebeugten und Schwachen, * er rettet das Leben der Armen.
 Von Unterdrückung und Gewalttat befreit er sie, * ihr Blut ist in seinen Augen kostbar.
 Er lebe und Gold von Saba soll man ihm geben! / Man soll für ihn allezeit beten, * stets für ihn Segen erleben.
 Im Land gebe es Korn in Fülle. / Es rausche auf dem Gipfel der Berge. Seine Frucht wird sein wie die Bäume des Libanon. * Menschen blühen in der Stadt wie das Gras der Erde.

Et benedicentur in eo omnes tribus terrae; * omnes Gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus: * et benedictum nomen majestatis ejus in aeternum et in saeculum saeculi.

Et replerbitur majestate ejus omnis terra. * Fiat, fiat.

Glória Patri et Filio * et Spiritui Sancto Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Sein Name soll ewig bestehen; / solange die Sonne bleibt, sprosse sein Name. Glückselig preisen sollen ihn alle Völker * und in ihm sich segnen.

Gepriesen sei der Herr, der Gott Israels! * Er allein tut Wunder.

Gepriesen sei sein herrlicher Name in ewigkeit! / Seine Herrlichkeit erfülle die ganze Erde. * Amen, ja amen.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.

IN III NOCTURNO

[Noct. Vat./p.94]

1.7a

C Aritas Pater est, * gráti-a Fíli-us, communicáti-o Spíritus Sanctus, o be-áta Trí-nitas.

Der Vater ist die Liebe, der Sohn ist die Gnade, der Heilige Geist ist die Gemeinschaft, o Heilige Dreifaltigkeit.

Psalmus 95

Dominus rex et iudex omnis terrae

Cantabunt quasi canticum novum ante sedem in conspectu Agni (Cf. Ap 14, 3)

Cantate Domino canticum novum; * cantate Domino, omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomen ejus; * bene nuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, * in omnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dominus, et laudábilis nimis, * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium daemónia; * Dominus autem caelos fecit.

Conféssio et pulchritúdo in conspéctu ejus; * sánctitas et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Singt dem Herrn ein neues Lied, * singt dem Herrn, alle Länder der Erde!

Singt dem Herrn und preist seinen Namen, * verkündet sein Heil von Tag zu Tag!

Erzählt bei den Völkern von seiner Herrlichkeit, * bei allen Nationen von seinen Wundern!

Denn gross ist der Herr und hoch zu preisen, * mehr zu fürchten als alle Götter.

Alle Götter der Heiden sind nichtig, * der Herr aber hat den Himmel geschaffen.

Hoheit und Pracht sind vor seinem Angesicht, * Macht und Glanz in seinem Heiligtum.

Afférte Dómino, pátriae Géntium, afférte Dómino glóriam et honórem; * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus: * adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

Commovéatur a fácie ejus univér^sa terra; dícite in natióⁿibus: Dóminus regnávⁱt a ligno; * étenim corréxit orbem terrae, qui non commovébⁱtur;

Iudicábit pópulos in aequitáte. * et Gentes in ira sua.

Laeténtur caeli, et exsú^ltet terra; * moveá^tur mare et plenitúdo ejus;

Gaudébunt campi et ómnia, quae in eis sunt. * Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum ante fáciem Dómini, quóniam venit, quóniam venit judicáre terram.

Iudicábit orbem terrae in aequitáte, * et pópulos in veritáte sua.

Glória Patri et Fíli^o * et Spirítuⁱ Sancto Sicut erat in princíp^o, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen.

Bringt dar dem Herrn, ihr Stämme der Völker, * bringt dar dem Herrn Lob und Ehre!

Bringt dar dem Herrn die Ehre seines Namens, * spendet Opfertgaben und tretet ein in sein Heiligtum!

In heiligem Schmuck werft euch nieder vor dem Herrn, * erbebt vor ihm, alle Länder der Erde!

Verkündet bei den Völkern: / Der Herr ist König. Den Erdkreis hat er gegründet, so dass er nicht wankt. * Er richtet die Nationen so, wie es recht ist.

Der Himmel freue sich, die Erde frohlocke, * es brause das Meer und alles, was es erfüllt.

Es jauchze die Flur und was auf ihr wächst. * Jubeln sollen alle Bäume des Waldes

vor dem Herrn, wenn er kommt, / wenn er kommt, um die Erde zu richten. Er richtet den Erdkreis gerecht * und die Nationen nach seiner Treue.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist

wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.

[Noct. Vat./p.94]

2.8G

V Erax est Pa- ter, * véritas Fíli- us, véritas Spíritus Sanc- tus, o be- á- ta Tríni- tas.

Wahrhaftig ist der Vater, Wahrheit der Sohn, Wahrheit der Heilige Geist, o Heilige Dreifaltigkeit.

Psalmus 96

Gloria Domini in iudicio

Hic psalmus salutem mundi significat et fidem omnium gentium in ipsum (S. Athanasius)

Dóminus regnávⁱt, exsú^ltet terra, * laeténtur ínsulae multae.

Nubes et calígo in circúⁱtu ejus; * justítia et judícium corréctio sedis ejus.

Der Herr ist König. Die Erde frohlocke. * Freuen sollen sich die vielen Inseln.

Rings um ihn her sind Wolken und Dunkel, * Gerechtigkeit und Recht sind die Stützen seines Throns.

Ignis ante ipsum praeibit, * et inflammabit in circúitu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terrae: * vidit, et commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini; * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt caeli justítiam ejus, * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculptíla, * et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus: audívit, et laetáta est Sion; * et exsultavérunt filiae Iudae, propter judícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram, * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas servórum suórum, et de manu peccatóris liberávit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde laetitia.

Laetámini, justi, in Dómino, * et confitémini memóriam sanctitátis ejus.

Glória Patri et Fílio * et Spirítui Sancto Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen.

Verzehrendes Feuer läuft vor ihm her * und frisst seine Gegner ringsum.

Seine Blitze erhellen den Erdkreis; * die Erde sieht es und bebt.

Berge schmelzen wie Wachs vor dem Herrn, * vor dem Antlitz des Herrschers aller Welt.

Seine Gerechtigkeit verkünden die Himmel, * seine Herrlichkeit schauen alle Völker.

Alle, die Bildern dienen, werden zuschanden, / alle, die sich der Götzen rühmen. * Vor ihm werfen sich alle Götter nieder.

Zion hört es und freut sich, * Judas Töchter jubeln, Herr, über deine Gerichte.

Denn du, Herr, bist der Höchste über der ganzen Erde, * hoch erhaben über alle Götter.

Ihr, die ihr den Herrn liebt, hasst das Böse! / Er behütet das Leben seiner Frommen, * er entreisst sie der Hand der Frevler.

Ein Licht erstrahlt den Gerechten * und Freude den Menschen mit redlichem Herzen.

Ihr Gerechten, freut euch am Herrn * und lobt seinen heiligen Namen!


Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist

wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.

[Noct. Vat./p.94]



Pater, * et Fílio, et Spirítus Sanctus una substántia est, o be-áta Trínitas.



Vater, Sohn und Heiliger Geist sind eines Wesens, o Heilige Dreifaltigkeit.

Psalmus 97

Dominus victor in iudicio

Hic psalmus priorem Domini adventum significat et fidem omnium gentium (S. Athanasius)

Cantáte Dómino cánticum novum; * quia mirábilia fecit Dóminus.

Salvávit eum dextera ejus, * et bráchium sanctum ejus.

Singt dem Herrn ein neues Lied; / denn er hat wunderbare Taten vollbracht. Er hat mit seiner Rechten geholfen * und mit seinem heiligen Arm.

Notum fecit Dóminus salutáre suum: * ante conspéctum Géntium revelávit justítiam suam.

Memor fuit misericórdiae suae Iacob, * et veritátis suae dóm̄ui Israel.

Vidérunt omnes términi terrae salutáre Dei nostri. * Iubiláte Deo, omnis terra, cantáte et exsultáte et psállite.

Psállite Deo nostro in cíthara, et cíthara et voce psalmi, in tubis ductílibus et voce tubae córneae: * jubiláte in conspéctu regis Dómino.

Moveátur mare, et plenitúdo ejus, * orbis terrárum, et univér̄si qui hábitant in ea.

Flúmina plaudent mánibus in idípsum; * montes exsultavérunt ante fáciem Dómini, quóniam venit, quóniam venit iudicáre terram.

Iudicábit orbem terrae in justítia, * et pópulos in aequitáte.

Glória Patri et Fílio * et Spirítui Sancto Sicut erat in princíp̄io, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Der Herr hat sein Heil bekannt gemacht * und sein gerechtes Wirken enthüllt vor den Augen der Völker.

Er dachte an seine Huld / und an seine Treue zum Hause Israel. Alle Enden der Erde * sahen das Heil unsres Gottes.

Jauchzt vor dem Herrn, alle Länder der Erde, * freut euch, jubelt und singt!

Spielt dem Herrn auf der Harfe, * auf der Harfe zu lautem Gesang!

Zum Schall der Trompeten und Hörner * jauchzt vor dem Herrn, dem König!

Es brause das Meer und alles, was es erfüllt, * der Erdkreis und seine Bewohner.

In die Hände klatschen sollen die Ströme, * die Berge sollen jubeln im Chor

vor dem Herrn, wenn er kommt, / um die Erde zu richten. Er richtet den Erdkreis gerecht, * die Nationen so, wie es recht ist.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist


wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.

IN FESTO SACRATISSIMI CORPORIS CHRISTI AD MATUTINUM

INVITATORIUM

[Noct. Vat./p.95]


I.4E



CHRISTUM Regem adoramus dominantem gentibus, * Qui se manducantibus dat
spiritus pinguedinem.

Christus, den König, lasst uns anbeten, der über die Völker herrscht und sich beim Mahl als geistliche Speise gibt.


I.4E



CHRISTUM Regem adoramus dominantem gentibus, qui se manducantibus dat
spiritus pinguedinem. Venite exsultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro.
Praeoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis jubilemus ei. Chri-
stum... Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos. Quoni-
am non repellit Dominus plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terrae,
et altitudines montium ipse conspicit. Qui se... Quoniam ipse est mare, et ipse fe-
cit illud, et aridas fundaverunt manus eius. Venite, adoramus et procidamus ante De-




um, plorémus coram Dómino, qui fecit nos, qui-a ipse est Dóminus De-us noster, nos



autem pópulus ejus et oves páscae e-jus. Christum... Hódi-e, si vocem ejus audi-éri-



tis: «Nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbati-óne secúndum di-em tentati-ónis



in desérto, ubi tentavérunt me patres vestri: probavérunt et vidérunt ópe-ra me-a.




Qui se... Quadragínta annis próximus fu-i generati-óni hu-ic, et dixi: Semper hi er-




rant corde. Ipsi vero non cognovérunt vi-as me-as, quibus iurávi in ira me-a: Si intro-í-




bunt in réqui-em me-am.» Christum... Glóri-a Patri et Fíli-o et Spirítu-i Sancto. Sic-



ut erat in princípi-o, et nunc et semper, et in saécula saeculórum. Amen. Qui se... Chri-



stum Regem adorémus dominán-tem géntibus, qui se manducántibus dat spí-ritus



pingúedinem.

[Noct.Vat./p.95]

H.4

S Acris so- lémni- is juncta sint gáudi-a et ex prae- córdi-is sonent praecóni-a Recé-
dant vétera nova sint ómni-a corda voces et ópera. 2. Noctis re- có- li- tur coe-
na novíssima qua Christus créditur agnum et azýma Dedisse frátribus juxta legíti-
ma Priscis indúl- ta pátribus. 3. Post agnum tý- pi- cum explétis épulis Corpus
Domínicum datur discípulis. Sic totum ómnibus quod totum síngulis E- jus faté-
mur mánibus. 4. Dedit fra- gí- li- bus córporis férculum, Dedit et trístibus sánqui-
nis póculum Dicens: Accípite quod trado vásculum, Omnes ex e- o bíbite. 5. Sic sa-
cri- fí- ci- um istud instítu-it Cujus of- fíci-um commítte vólú-it Solis presbýteris,
quibus sic cóngru-it, Ut sumant et dent céteris. 6. Panis angé- li- cus fit panis hó-
minum, Dat panis cáelicus figúris términum: O res mi-rábilis, mandúcat Dóminum

Pauper servus et hūmilis. 7. Te, Trina Dé- i- tas Unaque póscimus, Sic nos
 tu vísitas, sicut te cólimus. Per tu- as sémitas duc nos quo téndimus, ad lucem
 quam inhábitas. Amen.

Mit den heiligen Feiertagen seien Freuden vereint, und aus des Herzens Grund mögen Lobgesänge erklingen; es weiche das Frühere, neu sei alles: die Herzen, Lieder und Werke. // Das letzte Abendmahl wird ins Gedächtnis gerufen, an dem, wie wir für wahr halten, Christus das Lamm und ungesäuertes Brot den Brüdern gab gemäß den Bestimmungen, die für die Altväter gesetzlich waren. // Nach dem vorbildlichen Lamme, da das Mahl beendet war, wurde, wie wir bekennen, der Leib des Herrn von seiner Hand den Jüngern dargereicht, wie allen der ganze, so jedem der ganze. // Er gab den Schwachen die Speise des Leibes und den Traurigen den Becher des Blutes, indem er sprach: Nehmt hin den Kelch, den ich euch gebe, trinket alle daraus. // So setzte er dieses Sakrament ein, dessen Verwaltung er allein den Priestern übergeben wissen wollte, denen es daher zusteht, selbst zu empfangen und den andern es auszuspenden. // Das Engelsbrot wird Brot der Menschen; das Himmelsbrot macht ein Ende den Vorbildern: o wunderbare Erscheinung, den Herrn genießt der Arme, der Diener, der Niedrige. // Dich, o dreieiniger Gott, bitten wir, besuche du uns, so wie wir dich verehren, auf deinen Wegen führe uns, wohin wir streben, nämlich zu dem Lichte, in welchen du wohnst. Amen. (Thomas v. Aquin, dt: Adalbert Schulte)

IN I NOCTURNO

[Noct.Vat./p.97]

1.1D
F RUCtum salutí-ferum * gu- stándum dedit Dóminus mor- tis su-ae témpore.

Der Herr gab uns bei seinem Tod eine heilbringende Frucht zu essen. (cf. Ps. 1:3)

Psalmus 1

De duabus hominum viis

Beati qui, sperantes in cruce[m], in aquam descenderunt (Ex auctore quodam II saeculi)

Beátus vir qui non ábiit in consílio impiórum, et in via peccatórum non stetit, * et in cáthedra pestiléntiae non sedit;

Sed in lege Dómini fuit volúntas ejus, * et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum, * quod plantátum est secus decúrsus aquárum;

Quod fructum suum dabit in témpore suo, * et fólium ejus non décidet, et ómnia quaecúmque fécerit prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic; * sed tanquam pulvis quem prójicit ventus a fácie terrae.

Ideo non resúrgent ímpii in júdicio, * neque peccatóres in concílio justórum;

Quóniam novit Dóminus viam justórum, * et iter impiórum períbit.

Glória Patri et Filio * et Spirítui Sancto Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen.

Wohl dem Mann, der nicht dem Rat der Frevler folgt, / nicht auf dem Weg der Sünder geht, * nicht im Kreis der Spötter sitzt,

sondern Freude hat an der Weisung des Herrn, * über seine Weisung nachsinnt bei Tag und bei Nacht.

Er ist wie ein Baum, * der an Wasserbächen gepflanzt ist,

der zur rechten Zeit seine Frucht bringt / und dessen Blätter nicht welken. Alles, was er tut, * wird ihm gut gelingen.

Nicht so die Frevler: * Sie sind wie Spreu, die der Wind verweht.

Darum werden die Frevler im Gericht nicht bestehen * noch die Sünder in der Gemeinde der Gerechten.


Denn der Herr kennt den Weg der Gerechten, * der Weg der Frevler aber führt in den Abgrund.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist

wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.

[Noct. Vat./p.97]

2.2D 
A fructu * fruménti et vini multiplícati fídeles in pace Christi requi-é-


scunt. / — —

Gestärkt durch die Frucht des Kornes und des Weins ruhen die Gläubigen im Frieden Christi. (cf. Ps. 4:8)

Psalmus 4

Gratiarum actio

Admirabilem fecit Dominus, quem suscitavit a mortuis (S. Augustinus)

Cum invocárem te, exaudísti me, Deus justítiae meae: * in tribulatióne dilatásti me. Miserére mihi, Dómine, * et exáudi oratióne[m] meam.

Wenn ich rufe, erhöre mich, / Gott, du mein Retter! Du hast mir Raum geschaffen, als mir angst war. * Sei mir gnädig und hör auf mein Flehen!

Filii hóminum, úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, et quáeritis mendáccium?

Scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exáudiet me, cum clamávero ad eum.

Irascimini, et nolíte peccáre: * quae dicitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímíni.

Sacrificáte sacrificium justítiae, * et speráte in Dómino.

Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona? * Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine.

Dedísti laetítiam in corde meo: * a tempore fruménti, vini et ólei sui multiplicátí sunt.

In pace in idípsum obdórmiam et requiescam; * quóniam tu, Dómine, singulariter in spe constituísti me.

Glória Patri et Fílió * et Spirítui Sancto Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Ihr Mächtigen, wie lange noch schmáht ihr meine Ehre, * warum liebt ihr den Schein und sinnt auf Lügen? [Sela]

Erkennt doch: Wunderbar handelt der Herr an den Frómmen; * der Herr erhórt mich, wenn ich zu ihm rufe.

Ereifert ihr euch, so sündigt nicht! * Bedenkt es auf eurem Lager und werdet still!

Bringt rechte Opfer dar * und vertraut auf den Herrn!

Viele sagen: „Wer lässt uns Gutes erleben?“ * Herr, lass dein Angesicht über uns leuchten!

Du legst mir grössere Freude ins Herz, * als andere haben bei Korn und Wein in Fülle.

In Frieden leg ich mich nieder und schlafe ein; * denn du allein, Herr, lässt mich sorglos ruhen.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.

[Noct.Vat./p.97]

3.3a2

COMMuni-óne * cá- licis, quo De-us ipse súmi-tur, non vitulórum sángvine, con- gre- gá- vit nos Dóminus. / — —

Durch die Gemeinschaft des Kelches, in dem Gott sich selbst darbietet, nicht durch das Blut der Lämmer, versammelt uns der Herr.

Psalmus 15

Dominus pars hereditatis meae

Deus suscitavit Iesum, solutis doloribus inferni (Act 2, 24)

Consérva me, Dómine, quóniam in te sperávi. * Dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non indiges.

Behüte mich, Gott, denn ich vertraue dir. / Ich sage zum Herrn: „Du bist mein Herr; * mein ganzes Glück bist du allein.“

Sanctis, qui in terra sunt ejus, * mirificávit omnes voluntátes inter illos.

Multiplicátae sunt infirmitátes eórum, * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus, * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hereditátis meae et cálicis mei: * tu es qui restituísti mihi hereditátem meam.

Funes cecidérunt mihi in praecláris; * ét-enim heréditas mea praeclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui mihi tríbuit in-tellectum; * insuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper; * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc delectátum est cor meum, et exsultávit lingua mea; * insuper et caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno, * nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vitae, adimplébis me laetítia cum vultu tuo; * delectatiónes in dextera tua usque in finem.

Glória Patri et Fílio * et Spirítu Sancto Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sáecula saeculórum. Amen.

An den Heiligen im Lande, den Herrlichen, * an ihnen nur hab ich mein Gefallen.

Viele Schmerzen leidet, wer fremden Göttern folgt. / Ich will ihnen nicht opfern, * ich nehme ihre Namen nicht auf meine Lippen.

Du, Herr, gibst mir das Erbe und reichst mir den Becher; * du hältst mein Los in deinen Händen.

Auf schönem Land fiel mir mein Anteil zu. * Ja, mein Erbe gefällt mir gut.

Ich preise den Herrn, der mich beraten hat. * Auch mahnt mich mein Herz in der Nacht.

Ich habe den Herrn beständig vor Augen. * Er steht mir zur Rechten, ich wanke nicht.

Darum freut sich mein Herz und frohlockt meine Seele; * auch mein Leib wird wohnen in Sicherheit.

Denn du gibst mich nicht der Unterwelt preis; * du lässt deinen Frommen das Grab nicht schauen.

Du zeigst mir den Pfad zum Leben. / Vor deinem Angesicht herrscht Freude in Fülle, * zu deiner Rechten Wonne für alle Zeit.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.

IN II NOCTURNO

[Noct. Vat./p.97]

1.4E

M E-mor sit Dómi-nus * sacri-fici-i nostri, et holocáustum no-strum

pin-gue fi-at. / — —

Der Herr möge unseres Opfers gedenken, und unser Ganzopfer möge reich werden. (Ps, 19:4)

Psalmus 19

Oratio pro regis victoria

Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit (Act 2, 21)

Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis; * prótegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxiliúm de sancto, * et de Sion tueátur te.

Memor sit Dóminus omnis sacrificij tui, * et holocáustum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi Dóminus secúndum cor tuum, * et omne consílium tuum confirmet.

Laetábimur in salutári tuo, * et in nómine Dómini Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas. * nunc cognóvi quóniam salvum faciet Dóminus christum suum, et exáudiet illum de caelo sancto suo; in potentátibus salus dexteræ ejus.

Hi in cúrribus, et hī in equis; * nos autem in nómine Dómini Dei nostri magnificábimur.

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt; * nos autem resurréximus, et erécti sumus.

Dómine, salvum fac regem, * et exáudi nos in die qua invocáverimus te.

Glória Patri et Filio * et Spirítui Sancto

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum.

Amen.

Der Herr erhöre dich am Tag der Not, * der Name von Jakobs Gott möge dich schützen.

Er sende dir Hilfe vom Heiligtum * und stehe dir bei vom Zion her.

An all deine Speiseopfer denke er, * nehme dein Brandopfer gnädig an.

Er schenke dir, was dein Herz begehrt, * und lasse all deine Pläne gelingen.

Dann wollen wir jubeln über deinen Sieg, / im Namen unsres Gottes das Banner erheben. *

All deine Bitten erfülle der Herr.

Nun bin ich gewiss: * der Herr schenkt seinem Gesalbten den Sieg;

er erhört ihn von seinem heiligen Himmel her * und hilft ihm mit der Macht seiner Rechten.

Die einen sind stark durch Wagen, die andern durch Rosse, * wir aber sind stark im Namen des Herrn, unsres Gottes.

Sie sind gestürzt und gefallen; * wir bleiben aufrecht und stehen.

Herr, verleihe dem König den Sieg! * Erhör uns am Tag, da wir rufen!


Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist

wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.

[Noct.Vat./p.98]

2.5a 

P Aratur * nobis men-sa Dómi-ni advér-sus omnes, qui tríbu-lant nos.



Der Tisch des Herrn ist uns bereitet vor allen, die uns bedrängen. (Ps, 22:5)

Psalmus 22

Pastor bonus

Agnus reget illos et deducet eos ad vitae fontes aquarum (Ap 7, 17)

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: * in loco páscuae ibi me collocávit.

Der Herr ist mein Hirte, * nichts wird mir fehlen.

Super aquam refecti^onis educavit me; * ani-
mam meam conv^ortit.
Deduxit me super semitam justitiae, * prop-
ter nomen suum.
Nam, et si ambulem in medio umbrae mor-
tis, non timebo mala, * quoniam tu me-
cum es.
Virga tua et baculus tuus, * ipsa me conso-
lata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam, * adver-
sus eos, qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: * et pocu-
lum tuum inebrians quam praeclarum est!
Et misericordia tua subsequatur me * omni-
bus diebus vitae meae,
Ut inhabitem in domo Domini * in longitu-
dinem dierum.
Gloria Patri et Filio * et Spiritui Sancto
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, *
et in saecula saeculorum. Amen.

Er lässt mich lagern auf grünen Auen *
und führt mich zum Ruheplatz am Was-
ser.
Er stillt mein Verlangen; * er leitet mich
auf rechten Pfaden, treu seinem Namen.
Muss ich auch wandern in finsterner
Schlucht, / ich fürchte kein Unheil; denn
du bist bei mir, * dein Stock und dein
Stab geben mir Zuversicht.
Du deckst mir den Tisch / vor den Augen
meiner Feinde. Du salbst mein Haupt
mit Öl, * du füllst mir reichlich den
Becher.
Lauter Güte und Huld werden mir folgen
mein Leben lang * und im Haus des
Herrn darf ich wohnen für lange Zeit.
Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und
dem Heiligen Geist
wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit
* und in Ewigkeit. Amen.

[Noct.Vat./p.98]

3.6F 

Die am Tisch des Herrn speisen, jubeln laut. (Ps. 41:5)

Psalmus 41

Desiderium Domini et templi eius

Qui sitit, veniat; et qui vult, accipiat aquam vitae (Ap 22, 17)

Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, * ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Sitivit anima mea ad Deum vivum; *
quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte; * dum dicitur mihi quotidie:
Ubi est Deus tuus?

Wie der Hirsch lechzt nach frischem Wasser, * so lechzt meine Seele, Gott, nach dir.

Meine Seele dürstet nach Gott, / nach dem lebendigen Gott. Wann darf ich kommen * und Gottes Antlitz schauen?

Tränen waren mein Brot bei Tag und bei Nacht; / denn man sagt zu mir den ganzen Tag: * „Wo ist nun dein Gott?“

Haec recordátus sum, et effúdi in me áni-
mam meam; * quóniam ingrédiar in locum
tabernáculi admirábilis, usque ad domum
Dei.

In voce exsultatiónis et confessiónis, * sonus
epulántis.

Quare tristis es, ánima mea? * et quare con-
túrbas me?

Spera in Deo, quóniam confitébor illi, * sa-
lutáre vultus mei et Des meus.

A me ipso ánima mea conturbáta est; *
proptérea memor ero tui, Dómine, de ter-
ra Iordanis, et Hermonis a monte módico.

Abýssus abýssum ínvocat in voce cataractá-
rum tuárum: * ómnia excélsa tua et fluc-
tus tui super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam su-
am, * et nocte declarávit.

Apud me orátio Deo vitae meae; * dicam
Deo: Suscéptor meus es.

Quare me oblítus es? et quare me reppul-
sti? * et quare tristis incédo, dum affligit
me inimicus?

Dum confringúntur ómnia ossa mea, expro-
bravérunt mihi qui tríbulant me; * dum
díctur mihi per síngulos dies: Ubi est De-
us tuus?

Quare tristis es, ánima mea? * et quare con-
túrbas me?

Spera in Deo, quóniam confitébor illi, * sa-
lutáre vultus mei et Des meus.

Glória Patri et Fílio * et Spirítu*i* Sancto
Sicut erat in princípio, et nunc, et semper,
* et in sáecula saeculórum. Amen.

Das Herz geht mir über, wenn ich daran
denke: / wie ich zum Haus Gottes zog
in festlicher Schar, * mit Jubel und Dank
in feiernder Menge.

Meine Seele, warum bist du betrübt / und
bist so unruhig in mir? Harre auf Gott;
denn ich werde ihm noch danken, * mei-
nem Gott und Retter, auf den ich schau-
e.

Betrübt ist meine Seele in mir, darum den-
ke ich an dich * im Jordanland, am Her-
mon, am Mizar — Berg.

Flut ruft der Flut zu beim Tosen deiner
Wasser, * all deine Wellen und Wogen
gehen über mich hin.

Bei Tag schenke der Herr seine Huld; *
ich singe ihm nachts und flehe zum Gott
meines Lebens.

Ich sage zu Gott, meinem Fels: / „Warum
hast du mich vergessen? Warum muss
ich trauernd umhergehen, * von meinem
Feind bedrängt?“


Wie ein Stechen in meinen Gliedern / ist
für mich der Hohn der Bedränger; denn
sie rufen mir ständig zu: * „Wo ist nun
dein Gott?“

Meine Seele, warum bist du betrübt / und
bist so unruhig in mir? Harre auf Gott;
denn ich werde ihm noch danken, * mei-
nem Gott und Retter, auf den ich schau-
e.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und
dem Heiligen Geist
wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit
* und in Ewigkeit. Amen.

IN III NOCTURNO

[Noct. Vat./p.98]



Intro-íbo * ad altáre De- i, sumam Christum, qui ré- novat iuventútem me-am.



Ich trete zum Altar Gottes, ich empfangen Christus, der meine Jugend erneuert. (Ps. 42:4)

Psalmus 42

Desiderium templi

Ego lux in mundum veni (Io 12, 46)

Júdice me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: * ab hómine iníquo et dolóso érué me.

Quia tu es Deus meus et fortitúdo mea;

* quare me reppulísti? et quare tristis incédo, dum affligit me inimícus?

Emítte lucem tuam et veritátem tuam:

* ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum et in tabernácula tua.

Introíbo ad altáre Dei, * ad Deum, qui laetíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus. * Quare tristis es, ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam confitébor illi, * salutáre vultus mei et Deus meus.

Glória Patri et Fílio * et Spirítui Sancto Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sáecula saeculórum. Amen.


Verschaff mir Recht, o Gott, / und führe meine Sache gegen ein treuloses Volk! * Rette mich vor bösen und tückischen Menschen! Denn du bist mein starker Gott. / Warum hast du mich verstossen? Warum muss ich trauernd umhergehen, * von meinem Feind bedrängt?

Sende dein Licht und deine Wahrheit, / damit sie mich leiten; sie sollen mich führen zu deinem heiligen Berg * und zu deiner Wohnung. So will ich zum Altar Gottes treten, zum Gott meiner Freude. * Jauchzend will ich dich auf der Harfe loben, Gott, mein Gott.

Meine Seele, warum bist du betrübt / und bist so unruhig in mir? Harre auf Gott; denn ich werde ihm noch danken, * meinem Gott und Retter, auf den ich schaue.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.

[Noct. Vat./p.98]

2.8G 

C I- bávít nos * Dóminus ex ád- ípe fruménti et de petra mel- le sa- tu-
 rá- vit nos. / — —

Der Herr nährte uns mit bestem Weizen und sättigte uns mit Honig aus dem Felsen. (Ps. 80:17)

Psalmus 80

Sollemnis renovatio foederis

Videte, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis (Hebr 3, 12)

Exsultáte Deo adjútori nostro; * jubiláte Deo Iacob.

Súmíte psalmum, et date týmpanum, * psaltérium jucúndum cum cíthara.

Cánite in inítio mensis tuba, * in die insígni solemnitéis vestrae.

Jubelt Gott zu, er ist unsre Zuflucht; * jauchzt dem Gott Jakobs zu!

Stimmt an den Gesang, schlägt die Pauke, * die liebliche Laute, dazu die Harfe!

Stosst in die Posaune am Neumond * und zum Vollmond, am Tag unsres Festes!

Quia praecéptum in Israel est, * et iudí-
cium Deo Iacob.

Testimónium in Ioseph pósuit eum, *
dum exíret de terra Aegýpti.

Linguam, quam non nóverat, audívit;
divértit ab onéribus dorsum ejus: *
manus ejus in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, et liberávi
te; * exaudívi te in abscondito tempe-
státis; probávi te ad Aquas contradic-
tiónis.

Audi, pópulus meus, et loquar. * Israel,
et testificábor tibi.

Israel, si me audíeris. non erit in te de-
us recens, * neque adorábis deum ali-
énium.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, * qui
edúxi te de terra Aegýpti:

Diláta os tuum, et ego implébo illud. *
Et non audívit pópulus meus vocem
meam, et Israel non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndum desidéria cordis
eórum; * et ibunt in voluntátibus suis.

Si plebs mea audísset me, Israel si in
vias meas ambulásset, * ad níhilum
inimícos eórum humiliássem, et super
tribulántes eos misíssem manum me-
am.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei; * et erit
tempus eórum in aetérnum.

Cibávit eos ex ádipe fruménti, * et de
petra melle saturávit eos.

Glória Patri et Fílio * et Spirítui Sancto
Sicut erat in princípio, et nunc, et
semper, * et in saecula saeculórum.
Amen.

Denn das ist Satzung für Israel, * Entscheid
des Gottes Jakobs.

Das hat er als Gesetz für Josef erlassen, / als
Gott gegen Ägypten auszog. * Eine Stimme
höre ich, die ich noch nie vernahm:

Seine Schulter hab ich von der Bürde befreit, *
seine Hände kamen los vom Lastkorb.

Du riefst in der Not / und ich riss dich her-
aus; ich habe dich aus dem Gewölk des Don-
ners erhört, * an den Wassern von Meriba
geprüft.

Höre, mein Volk, ich will dich mahnen! * Isra-
el, wolltest du doch auf mich hören!

Für dich gibt es keinen andern Gott. * Du
sollst keinen fremden Gott anbeten.

Ich bin der Herr, dein Gott, / der dich herauf-
geführt hat aus Ägypten. * Tu deinen Mund
auf! Ich will ihn füllen.

Doch mein Volk hat nicht auf meine Stimme
gehört; * Israel hat mich nicht gewollt.

Da überliess ich sie ihrem verstockten Herzen
* und sie handelten nach ihren eigenen Plä-
nen.

Ach dass doch mein Volk auf mich hörte, * dass
Israel gehen wollte auf meinen Wegen!

Wie bald würde ich seine Feinde beugen, * mei-
ne Hand gegen seine Bedränger wenden.


Alle, die den Herrn hassen, müssten Israel
schmeicheln * und das sollte für immer so
bleiben.


Ich würde es nähren mit bestem Weizen * und
mit Honig aus dem Felsen sättigen.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem
Heiligen Geist

wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und
in Ewigkeit. Amen.

[Noct.Vat./p.98]

3.6F  **E**X altári tu-o, * Dómine, Chri- stum súmimus, in quem cor et caro nostra

 ex- súltant. / — —

Von deinem Altar, Herr, empfangen wir Christus, in dem unser Herz und unser Fleisch jubeln.

Psalmus 83

Desiderium templi Domini

Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus (Hebr 13, 14)

Quam amabilia sunt tabernacula tua, Dómine virtutum! * Concupívit et defécit ánima mea in átria Dómini; Cor meum et caro mea exsultavérunt in Deum vivum: * étenim passer invénit sibi domum, et turtur nidum, ubi repónat pullos suos. Altária tua, Dómine virtutum, * Rex meus et Deus meus. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine; * in saeculum saeculi laudábunt te. Beátus vir, cujus est auxiliium abs te, Dómine; * ascensus in corde ejus dispósuit in conválle lacrimárum, in loco quem disposuisti ei. Etenim benedictiónem dabit qui legem dedit; ambulábunt de virtute in virtutem; * vidébitur Deus deórum in Sion. Dómine Deus virtutum, exáudi precem meam: * áuribus pércipe, Deus Iacob. Protéctor noster, aspice, Deus, * et respice in faciém Christi tui. Quia mélior est dies una in átriis tuis * super milia; Elégi abjéctus esse in domo Dómini, * magis quam habitáre in tabernaculis peccatórum. Quóniam misericórdiam et veritátem diligit Dóminus, * grátiam et glóriam dabit Deus. Dóminus non privábit bonis ambulántes in innocéntia. * Dómine Deus virtutum, beátus homo, qui sperat in te. Glória Patri et Fílio * et Spirítui Sancto Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen.

Wie liebenswert ist deine Wohnung, * Herr der Heerscharen! Meine Seele verzehrt sich in Sehnsucht / nach dem Tempel des Herrn. Mein Herz und mein Leib jauchzen ihm zu, * ihm, dem lebendigen Gott. Auch der Sperling findet ein Haus / und die Schwalbe ein Nest für ihre Jungen, * deine Altäre, Herr der Heerscharen, mein Gott und mein König. Wohl denen, die wohnen in deinem Haus, * die dich allezeit loben. Wohl den Menschen, die Kraft finden in dir, * wenn sie sich zur Wallfahrt rüsten. Ziehen sie durch das trostlose Tal, / wird es für sie zum Quellgrund * und Frühregen hüllt es in Segen. Sie schreiten dahin mit wachsender Kraft; * dann schauen sie Gott auf dem Zion. Herr der Heerscharen, höre mein Beten, * vernimm es, Gott Jakobs! Gott, sieh her auf unsern Schild, * schau auf das Antlitz deines Gesalbten! Denn ein einziger Tag in den Vorhöfen deines Heiligtums / ist besser als tausend andere. Lieber an der Schwelle stehen im Haus meines Gottes * als wohnen in den Zelten der Frevler. Denn Gott der Herr ist Sonne und Schild. * Er schenkt Gnade und Herrlichkeit; der Herr versagt denen, die rechtschaffen sind, keine Gabe. * Herr der Heerscharen, wohl dem, der dir vertraut! Ehre sei dem Vater und dem Sohn * und dem Heiligen Geist wie im Anfang so auch jetzt und alle Zeit * und in Ewigkeit. Amen.